

Romae (VI 753 vidit Henzen). — Alius titulus Soli et Lunae dicatus est supra N. 1774, Soli Lunae Apollini Dianae N. 1418.

3941 (*protomae Solis, Lunae, Silvani*) Soli, Lunae, Silvano | et Genio cellae | Groesianae | M. Scanianus¹ | Zosa ex viso | posuit.

Romae (VI 706 vidit Henzen). — 1) Cf. VI 25542. 25974. 27265 cet. Soli, Genio, Lunae dicatus est t. Lousonnensis inscr. Helv. 133.

3942 Soli iuvanti | L. Volumnius | Horatianus | sodal. Aug., praet. urb. Pyrgis in ora Etruriae, iam Romae (XI 3711 vidit Henzen).

3943 Soli deo | Sex. Cornel. Antiochus | stellam | et fructifer.¹ ex vis. | lib. pos.

Salonis rep. a. 1884 (III S. 8686 vidit Hirschfeld). — 1) Fortasse arbor fructifera intellegenda (Hirschf.).

3944 Soli sacr. | C. Ducenius | C. lib. Phoebus, | filius Zenonis, | natus in Suria | Nisibyn¹, liber | factus Romae, | ex visu | v. s. l. m.

Romae (VI 700 vidit Smetius). — 1) Intellegitur Nisibis civitas Mesopotamiae.

3945 (*dea curru vecta*) Lunae Augustae sacru | Tuccius Flavius Fla. fil. | . . . rni . . . Fortunatus | atur.

Sitist in Mauretania (VIII 8437 vidit Creully auctor non indiligens).

3946 Lunae | luciferae | C. Iul. Varianus | mag. d. d.

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1097 vidit Mommsen).

Titulus Dianae Luciferae et Lunae dedicatus est supra N. 3247.

3947 Lunae Marti . . .¹ | Fruticiae Thy[meles]² | rogatu | M. Statinius Dor[us].

Aquileiae (V 794 cf. p. 1024). — 1) Sic duo testes boni, nunc M tantum superest. Mommsen cogitavit de Luna Martia, scilicet quae festum diem haberet mensis Martii postremum (cf. CIL. I ed. 2 p. 314). — 2) Eadem Fruticia Thymele, M. Statinii Dori uxor, Matri deum posuit titulum infra N. 4101.

3948 Caelo aeter|no | Attia Compse | P. f. | et Atilia Victo|ria gra|tias¹ | d. d.

Romae (VI 85 vidit Reifferscheid). — 1) Videtur inserendum esse agentes.

3949 (*Iuppiter, a d. eius Minerva, a s. Iuno, horum omnium partes inferiores tantum supersunt*) optumus maximus¹ . . | Caelus aeternus², Iupp[er]², Iunoni reginae, | Minervae, iussus liben[s] | dedit pro salutem suam | M. Modius Agatho et pr[o] | Fausti patroni hominis s[ancti]? | et Helpidis suaes cum s[uis].

Romae rep. in monte Caelio (VI 84 delineavit Pighius in codice Berolinensi, unde repetivit Cumont monuments relatifs au culte de Mithra p. 234). Una rep. est titulus Mithrae ab eodem homine dicatus (VI 82). — 1) Hoc postea adiectum esse pulo et coniungendum cum Iovis nomine. — 2) Requiritur casus tertius.

3950 Caelo aeterno, | Terrae matri, | Mercurio | menestratori | sacrum posuit | L. Octavius L. f. | Verus et | Octavia Euhodia | mater.

Romae (VI 84 vidit Henzen).